



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XVI. De bigamis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

566 GREGORIUS RUDOLPHVS I. IMP.
P. X. PHILIPPVS III. R. FRANC.

rum parochialium actum fuerit, esse irritum ipso
iure. XV.

ANNO
CHARITI
1574.

De temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.

Gregorius decimus in generali Concilio Lugdunensi. Eos qui clericos parochiae alienae absque superioris ordinandorum licentia scienter seu affectata ignorantia, vel quocumque alio figmento quæsito, præsumperint ordinare, per annum a collatione ordinum decernimus esse suspensos; iis que iura statuunt contra taliter ordinatos in suo robore duraturis. Clericis quoque parochiae taliter suspensorum, postquam eorum suspensio fuerit manifesta, absque ipsorum etiam licentia, interim recipiendi ordines ab aliis vicinis episcopis, alias tamen canonice, liberam concedimus facultatem.

XVI.

De bigamis.

Gregorius decimus in generali Concilio Lugdunensi. Altercationis antiquæ dubium præsentis declarationis oraculo incidentes, bigamos omni priuilegio clericali declaramus esse nudatos, & coercitioni fori sæcularis addictos; consuetudine contraria non obstante. Ipsis quoque sub anathemate prohibemus deferre tonsuram vel habitum clericalem.

XVII.

De officio iudicis ordinarii.

Gregorius decimus in generali Concilio Lugdunensi. Si canonici a diuinis cessare voluerint, prout in ecclesiis aliquibus sibi ex consuetudine vel alias vindicant, antequam ad cessationem hu-